

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput XIII

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

nique est illud spectaculum, in quod se incidisse narrat Cleanthes. Venisse nimirum formicas de suo cavo ad aliud formicarum examen, formicam portantes mortuam. Ex hoc ascendisse alias formicas tanquam ad colloquium, rursusque descendisse. Id bis terve factum. Tandem has sursum extulisse vermem tanquam redemptionis precium pro mortua. Hoc illas accepto & reddito formicæ cadavere discessisse.

## CAPUT XII. DE HIRUDINE & HIPPOCAMPO.

**I**N flumine quodam Mauritanæ, septenum cubitorum *Hirudines* gigni, refert *Strabo*; quibus perforata gula, per quam spirant; In omnibus foramen exile in medio est, ab ore & alvo unus continuus ductus. In febribus putridis maximus earum usus. Admotæ enim aoi venis, detractis prius pilis, & applicata cucurbitula, ut venarum appareant orificia, multum ad capitis affectus mitigandos, coctionemque juvandam conferunt. Absorpta aliquando à nonnullis in potu, teste *Galeno*, suffitu cimicum expellitur. *Hippocampus* piscis est minime edulus, singularis formæ, cui caput equinum cum proboscide iubarum est, corpus reliquum cartilagineis creniis exasperatum; in dorso pinula cauda, quadrata & plexilis. Totius longitudo dodrantalis est, captus brevi exspirat, & dum recens, noctu luceat.

## CAPUT XIII. DE LOCUSTA INSECTO.

**L**ocustarum circa Brundisium ingens est copia. In Lemno insula certa enecandorum unicuique præfinita mensura est, quam ad Magistratus referat. In Cyrenaica ter debellantur in anno, desertoris constituta

una pena in eum  
tatuus singulis ter  
cio milliaris ob  
alijque Cadam  
lere uaritam, u  
tum inuencum. A  
gini millibus pas  
ribus ferebantur.  
bant. Duces cum  
bant agmen. qual  
uivex copiz po  
loco non moveb  
coliores. Anno  
tamnum locust  
nocti fuerint in  
ciam migrare  
venus, sed al  
mentium prov  
tenuis.

C  
DE L  
I

*Lepus marini*  
tam vel p  
dam capitur, n  
ferribus omni  
tis imo latere.  
tum pauca ad  
lumore degan  
tum, &  
citant, ut ara  
in radio, lepu  
tus Imperator  
citur. Cum en  
tas, responsu  
Sedoris. VI

tuta pena in eum qui cessaverit. *Plin.* Apud Nigretas tantus singulis triennis numerus, ut cœlum ad duodecim milliaria obumbrent. In Hispaniola carent alis. *Aloysius Cadamustus.* Narrat *Vincentius*, unam à muliere nutritam, ubi crevisset, ipsam per se impragnatam inventam. Anno 852. cum Galliam vastarent viginti millibus passuum uno die, compositis quasi ordinibus ferebantur, & terræ incumbentes castra faciebant. Duces cum paucis itinere unius diei præcedebant agmen. quasi loca castris capturi, eadem hora universæ copiæ postredie aderant. Ante ortum Solis, loco non movebantur, orto per suas proficiscebantur cohortes. Anno sexto Argyropoli Imperatoris tantum damnum locustæ Orientalibus intulere provinciis, ut coacti fuerint incolæ liberos suos divendere, & in Thraciam migrare: Abjecerat eas post in Hellespontum ventus, sed altero revixere anno, depopulatisque per triennium provinciis apud Pergamum periere. *Cedrenus.*

## CAPUT XIV.

## DE LEPORE MARINO,

Locusta test. Lolligine.

**L**epus marinus toto corpore est candidus, cystellam vel pivicam concretam dixeris. Raro admodum capitur, nisi summo æstu. Tum enim à summis fervoribus omnia conturbantur, ea etiam quæ in maris imo latent. Quamvis autem aquatilium animalium pauca admodum venenosa reperiantur, quod in humore degant, qui veneno contrarius dicitur ut plurimum, & quædam in parte tantum venenum contineant, ut araneus piscis in spinis, pastinaca marina in radio, lepus tamen in toto corpore illud habet. Titus Imperator à fratre Domitiano eo interfectus dicitur. Cum enim ab oraculo mortis inquireretur genus, responsum fuit Vlyssis modo periturum ἐν τῷ θαλάσσης. Vlysses vero pastinacæ ictu periit. Quibus

Q

autem